faciat inuitus nichil dolens uel co-
actus Vnde Stoyci dixerunt vo-
luntatem solum ea desiderare que
racionabilia sunt Unde et in solo sa-
piente voluntatem esse dixerunt
ut refert Tullius in Tusculanis
quaestionibus libro quarto Si ergo insultus
est libido incitata aut cupiditas
effrenata non voluntas sed appeti-
tus est quia voluntas racione di-
rigitur et appetitus sensualitate
decipitur O utinam qui mali sunt
saltem boni fieri cupiant Nam
magna pars bonitatis est velle fi-
eri bonum ut inquit Seneca e-
pistola ad lucillum epistola 38 Si
enim dicas hoc velle non posse au-
di Tulium libro de facto Motus
inquit voluntatis eam naturam
continet in se ut si in mea potestate
nobis quod paret Ita omne hones-
tum voluntarium est Non enim ho-
nestum esse quod non est liberum igitur
Seneca epistola 66 ad lucillum
Sed proch dolor plures nec bene
agunt ymo nec emendari petunt
verum magna pars profectus est
velle proficere inquit Seneca epistola
71 Nunquam ergo laudabile foret
si que deo placent homo solum
velit Unde Seneca ad lucillum
epistola 71 Placeat homini quic-
quid deo placet Sed multis hoc
graue est nec difficili possunt eorum
impietas reuocari quia teste
Quintiliano libro quarto de oratoria
institucione Nichil facile persua-
detur inuitis Siquis eciam inuitus

quid agat laudem non promeretur
Unde narrante valerio maximo
libro 20 Siquis olim bona inuitus
fundabat pro re publica maior laus
dabatur exigenti quam prestanti Ex
inuito enim ope laudem non reportabit
nec tamen hii laude priuantur qui bonum
quod cupiunt facere nequeunt Unde
Ouidius libro de ponto Sponte
sua probitas officium quodque iuuat
Si desint vires tamen est laudanda
voluntas Rursus et inter eos qui
bene agunt laudabiliores qui bona
faciunt amore quam timore qui eciam
mala pretermittunt caritate quam de-
formidine Singulis tamen laus licet
non equalis datur Sequibus Ora-
cius in epistolis Oderunt peccare mali
formidine pene Qui mali eciam
peccata quecumque dimittunt eo quod ipsa fa-
cere non possunt Unde maximianus Dum
plecti mundum quorundam vota la-
borant Sed votis obstat vbere tri-
ta caro Nam nos a vicijs mun-
danis sepe retardat Corporis an-
xietas dampna flagella fames
De talibus enim sciendum apparet
quod peccata non deserunt potius eundem de-
serunt que si sponte desererent
nulla mutacione facta quantum ad
labores ipsorum eo pacto mererentur
quo demerent Discat ergo sapi-
ens virtutes acquirere quos natura
petit quibus eciam totus perficitur
homo Capitulum tercium Quod
virtutes non querunt mercede[m] temporale[m]

Virtus non ita perficeret si
seruilem hominem redderet
aut si temporalis fructus

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0035
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg